



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 6. Diabolus Draconis formâ descriptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

ad lumen legit, adeat dæmon squalidus, bir-
sus, & tenebris nigrior: tentatq; si qua ra-
tione terreat, & expugnet: & nunc in canem,
nunc in taurum, nunc in leonem se vertit.
Nihil his omnibus commouetur Arignotus;
sed assumto carmine, in quendam domicili te-
nebrosum angulum, Spiritum conpulit, ubi
mox ille disparuit. Manè sumis ligonibus
inßit effodi locum, ubi Spiritum se condentem
noctu obseruarat. Inuenitur cadaver homi-
nis defuncti, quod exhumatum, ubi sepulta-
ræ fuit traditum, omnis infestatio domum re-
liquit. Vides varias figuræ dæmonis po-
testatem habentis ibi, ubi cadavera sunt
suorum? Quanquam etiam in pœnam eo-
rum, id permettere diuina Nemesis potuit,
qui fortasse inibi locorum innocentē oc-
ciderunt; ac ne facinus erumperet, in eadē
domo clam sepeliuerunt. Vides dæmonem
canem? vides taurum? vides eum, qui cir-
cuit tanquam leo rugiens quarens quem deno-
ret?

§. VI.

Diabolus draconis forma descriptus.

Vis etiam videre draconem? Audijt eum
saltem allegoricè describi Iōb, quem ex-

Iob. 40; pertus est verberantem. Ecce Behemoth,
41. quem

quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet : fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in umbilico ventris eius. Stringit caudam suam, quasi cedrum, nerui testiculorum eius perplexi sunt. Ossa eius velut fistulae aris, cartilago illius, quasi lamina ferreae. *Quis reuelabit faciem indumenti eius?* & in medium oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? per gyrum dentium eius formido. Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Una uni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Una alteri adhaeret, & tenentes se nequaquam separabuntur. Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius ut palpebrae diluculi. De ore eius lampades procedunt, sicut tæde ignis accensæ. De naribus eius procedit fumus, sicut olla succensæ atque feruentis. Halitus eius prunas arderefacit, & flamma de ore eius egreditur &c. Eundem alius delineans ait: *Ecce draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua decem: & in capitibus eius diademata septem: & canda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli.* Vnde meritò dictum est, apud Iob: *Stringit caudam suam, quasi cedrum.* Quippeni? cùm ille dæmon, quem S. Antonij imperio expulit ab adolescente S. Paulus

*Apec. 12.
3.*

Pallad. in
hist. Lau-
giac. secunda
35.

Simplex,

Simplex, mutatus sit in maximum draconem
circiter septuaginta cubitorum, recedens in
mare rubrum. Alius Theodorus nomine puer
fuit, ait D. Gregorius, qui in monasterium
meum, fratrem suum necessitate magis;
quam voluntate secutus est. Cui nimis gra-
ue erat, si quis de salute sua aliquid loquere-
tur. Bona enim non solum facere, sed etiam au-
dire non poterat; nunquam se ad Sanctae con-
uersationis habitum venire iurando, irascen-
do, desidendo testabatur. In hac autem pesti-
lentia, qua nuper huius urbis populum magna
ex parte consumpsit, percussus in inguine est
perdus ad mortem. Cumq; extremum spi-
ritum ageret, conuenerunt fratres, ut eges-
sum illius orando protegerent. Iam corpus eius
ab extremâ parte fuerat præmortuum; in solo
tantum pectore vitalis adhuc calor anhelabat.
Cuncti autem fratres cœperunt tanto pro eo
enixiū orare, quanto eum iam videbant sub
seleritate discedere. Tunc repente cœpit eis-
dem fratribus assistentibus clamare, atq; cum
magnis vocibus orationes eorum interrumpe-
re, dicens: recedite, recedite. Ecce Draconis
ad deuorandum datus sum, qui propter vestram
præsentiam deuorare me non potest. Caput meum
iam suo ore absorbuit, date locum, ut non me
amplius

S. Greg.
l. 4. dial.
c. 37.

amplius cruciet, sed faciat, quod facturus est. Si ei ad deuorandum datus sum, quare propter vos moras patior? Tunc fratres cœperunt ei dicere: quid est, quod loqueris frater? Signum tibi S. Crucis imprime. Respondebat ille dicens: Volo me signare, sed non possum: quia squamis huius draconis premor. Cumque hoc fratres audirent, prostrati in terram cum lacrymis cœperunt pro erekctione illius vehementius orare. Et ecce subito cœpit ager clamare dicens: Gratias DEO. Draco qui me deuorandum acceperat, fugit, orationibus vestris expulsus stare non potuit. Pro peccatis meis modò intercedite, quia conuerti paratus sum, & saceralem vitam funditus relinquerem. Homo ergo, qui, sicut iam dictum est, ab extrema corporis parte fuerat premortuus, resurreximus ad vitam toto corde ad Deum conuersus est. Hæc D. Gregorius, qui mox sequenti capite aliud terribilium exemplum subiungit his veris: *Est etiam nunc apud nos Athanasius ex Isauria presbyter, qui in diebus suis Iconij, rem terribilem narrat euemisse. Ibi namque, ut ait, quoddam monasterium Thon-golatom dicitur, in quo quidam monachus magna estimationis habebatur. Bonis quippe sernebatur moribus, atque in omni actione sua*

Dd

compo-

Idem c.
38. ciusd.
lib.

compositus, sed sicut ex fine res patuit, longè
aliter, quam apparebat, fuit. Nam cùm ieju-
nare se cum fratribus demonstraret, occultè
manducare consueverat. Quod eius vitium,
fratres omnino nesciebant. Sed corporis super-
ueniente molestia, ad vita extrema perductus
est. Quicùm esset in fine, fratres ad se omnes,
qui monasterio inerant, congregari fecit. At
illi tali, ut putabant, viro moriente, magnum
quid ac delectabile se ab eo audire crediderant.
Quibus ipse afflictus & tremens compulsius est
prodere, cui hosti traditus cogebatur exire.
Nam dixit: Quando me vobiscum credebatū
ieiunare, occultè comedebam, & ecce nunc ad
deuorandum draconi traditus sum, qui canda
sua mea genua pedesq; colligauit: caput vero
suum intra os meum mittens, spiritum meum
ebibens extrahit. Quibus dictis statim defun-
ctus est, atq; ut pœnitendo se liberare potuisset,
à draconे quem viderat, expectatus non est.

Parænes.
de ruina
Lucif. à
cap. xi.
xii. &c.

Plura de cacodæmonum forma & defor-
mitate qui legere vult, librum meum de
ruina Luciferi adeat, ubi hoc argumen-
tum fusè tractavi.

§. VII.

Quibus modis dæmon apparere soleat?
Ex historijs huc usque recensitis satis
constat